



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXXVI. Singulis bonis operibus in hoc mundo, & quidem illico, reddi à Deo
suam mercedem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

mehoris vitæ, remedia vitiorum, media conce-
pta ad virtutes acquirendas & augendas, Deo
denique per omnia sese consecrandi studium,
passiones domandi, appetitusque inordinatos
reprimendi. Hæc enim duo, quæ nullo modo
seungi debent, seseque comitari necesse est, Sa-
cramentorum nempe præsidium, & mortifica-
tionis ardens desiderium ac conatus, efficient,
ille ipse qui *comparatus est olim iumentis insi-*
peribus, & similis factus est illis, hominis formam *Psal. 48.*
deusque resumat, & ex homine deinde in An-
gelam commutetur.

C A P. XXXVI.

*Singulis bonis operibus in hoc mundo, &
quidem illico, reddi à Deo suam
mercedem.*

Nihil audit lubentius operarius labore *Mercedis*
fatigatus, quam dominum quæstori *spes semper*
licentem, *Voca operarios, & redde illis mercedem:* *grata, etiã*
nihil miles optat avidius, nihil agit ardentius, *is qui gra-*
tam vt in spolia, etsi non sine evidenti vitæ pe- *tis seruiūt.*
riculo, impetum faciat: nulla denique dies quæ- *Matt. 20.*
renti thesaurum absconditum latior affulget
illa, qua thesauri illius inuentio obtingit, vt an-
helantem animam satiet. Et nos quoque, etsi
Deo velimus seruire & laborare nullo propo-
siti præmio, lubenter tamen certa quædam de
retributione cognoscimus, quibus ad agendum

Kk 3 inci-

duodecim tribus Israel, & quod centuplum ac- *Marc. 10.*
 curari essent in futuro, sed etiam in hoc sæcu-
 lo. Retributio namque futuri sæculi, etsi certa
 & magna, remotior tamen adhuc est: & lubé- *1. Reg. 17.*
 ter urbem aut partem præmii, habemus ad manū. *Exemplū*
Davidis.
 David monebatur zelo diuini honoris, vt
 nolem illam carnem, Goliath giganteum, pro-
 pterer, dicens: *Quis est hic Philisthæus incircum-*
cis, qui exprobrauit acies Dei viuentis? nihilominus
audite petebat: Quid dabitur viro qui percussit
Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel?
 Motinum enim magnum est, præmium præ-
 lens intueri ac spectare: etiam si causa actionis
 præcipua, quam formalem ac finalem voca-
 mus, Deum eiusque bonitatem ac gloriam re-
 spiciat. Goliath qui sternendus venit, est homo
 peccati, filius perditionis, qui regnat in nobis,
 carnea nostra mole vestitus, cum vitiiis & con-
 cupiscentiis. Derurbatur vero quinque limpi-
 llis lapidibus, pretiosis, inquam, quinque
 plagis quas in corpore Iesus Christus sustinuit.
 In enim percussus est Dominus Iesus: & va-
 lent demum hi lapides, si in hostem, à quo in-
 orti sunt, retorqueantur, à corpore Christi ac *1. Reg. 17.*
 meritis vi ac robore desumpto. Quicumque
 ergo turrin illam perfregerit, *ditabit Rex diuitiis*
magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius
faciet absque tributo in Israel. Iustificationis forma *In iustifica-*
 hæc est, qua primum fortis armatus exturba- *tione vir-*
 tur, nec citius pellitur, quam diuitiæ istæ pro- *tutes om-*
 missæ tribuantur. Magnæ opes ac gazæ sunt *nes tribui,*
 paria essentiam animæ exornans, opes incom- *etiam mo-*
 rales, cum

donis Spi- ritus sancti Virtutes ab anima spiri- tualis essen- tia seu gra- tia proflue- re, quomo- do intelli- gendum.

parabiles Caritas cum omnibus virtutibus super naturalibus, moralibus Christianis, ac Spiritus sancti donis. Virtutes autem ad operationem destinantur, sicut dicimus ab essentia animæ potentias, quibus operamur, profluere quod moraliter intelligendum est, & per quandam analogiam & accommodationem & gratiam exornant ipsæ, & homo gratia ornatus per has operatur: atque eadem à gratia vitam hauriunt æstimatione quadam moralitatis sine ea non essent meritoria actiones, quæ à facultatibus oriuntur. Ceterum & gratia & virtutes à Deo infunduntur, atque benignissimè in manu conseruantur: nec necesse est, crescente gratia, simul virtutes omnes augeri, ergo sunt diuitiæ quibus ditatur anima quæ Goliath percussit: hisce filia Regis, PERFECTA nempe, desponsatur, homo cooperari vellet liberatur à tributo quod mundani diaboli carnem suam volentes nolentes persolunt: nonnisi filii libera, & quidem ea liberati, quæ Christus nos liberauit.

Gal. 4.

Infantibus iustitiam adeptis per baptismum gratia ac virtutes omnes in eodem gradu consistunt: in his qui per propriam

28. Iustificationis vero tempore nonnulli qualem gratiam recipiunt, æquales virtutes eademque mensura: quales sunt infantes qui ante vltimam rationis baptizantur: nonnulli diuulgant gradibus, vt qui per propriam dispositionem cum Sacramento aut sine Sacramento sanctificantur: tum enim mensura gratiæ, dispositionis vel solius, vel cum Sacramenti portione quantitatem respondet. At tamen tam in parulis, quam in adultis, qui Deo adiunguntur, quæ

& virtutes, & hæc inter se, semper æquales *dispositio-*
 sunt, quia ex eadem dispositione infunduntur. *nem in ba-*
 pone infantem recipere gratiam vt octo, virtu- *ptimo in-*
 nes quoque intense erunt ad octo gradus: nec *stificantiur,*
 Caritas ceteris intensior erit, nec ceteræ Cari- *etiam di-*
 tate ampliores: quia nulla alteram superat. Sic *spasitionis*
 in adultis si cum Sacramenti gratia dispositio *habenda*
 ad gradum vigesimum gratiæ assurgat, ceteræ *ratio est.*
 virtutes viginti gradibus intensæ erunt: Deus e-
 nim vult opus suum esse perfectum: quod in
 eo maxime spectatur, si radici ac vitæ, facultates
 ad agendum necessariae æqualiter conformen-
 tur. Et hæc quidem initia sunt spiritualis vitæ,
 in progressu res aliter se habet.

29. Augetur namque gratia, & virtutes, sed
 nostro labore: quem Deus liberalissimus sta- *Augetur*
 tim, non expectata futura retributione, remu- *statim gra-*
 nerat: alioquin posset quis queri opus esse lon- *tia.*
 ga expectatione: frustra operarijs nonnullis dari
 nummum plumbeum, symbolum baiulatæ sarcinæ,
 quo certam probatæ pecuniæ summam reci- *Simile.*
 piant: filijs adoptiuis litteras adoptionis tradi,
 quibus negari nequeat hereditas. Deus ergo
 singulis operibus nummum vnum, non plum-
 beum, sed vere aureum Caritatis ac gratiæ lar-
 gitur, mensuræ & dignitati operis in numero,
 pondere, & mensura respondentem: id est, tan-
 tum gratiæ, quantum opus ipsum ex Dei pro-
 missione meretur: & in eo nummo litteræ ado-
 ptionis ac ius ad cælestem hereditatem plenam-
 que compensationem perscriptum est, atque
 exaratum: vt merito de Messia ad nos veniente

dici potuerit: *Ecce merces eius cum eo, reddere vniuersis secundum opera sua.* Si actus feruentior est, ampli-

Isaia. 41.

Apoc. 22.

sed minor reddetur. hæc enim Concilij Tridentini doctrina solida est, & luculenta, ita de-

Sess. 6. can.

32.

Opera mi-

nus inten-

sa habitu

suo mereri

augmentum

gratia.

Si quis dixerit ipsum iustificatum boni operibus, quæ ab ipso per Dei gratiam vel Christi meritum

fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, anathematizabitur. Loquitur Concilium de omnibus operibus

siue Caritatis, siue aliarum virtutum: siue intensis, siue remissis: est enim definitio dogmatica, quæ vniuersali æquiualeat. Intensio namque

illa operis non requiritur ad meritum gloriæ ex quo necessario sequitur, non etiam requiritur ad augmentum gratiæ. Per gratiam namque

homo ad gloriam acceptatur ac idoneus redditur: si ad gloriam hisce operibus acceptatur idoneus, gratiam ergo recipiat necesse est, sine qua

dignus non efficitur gloriæ præmio. Denique actus Amoris Dei super omnia vel etiam remissus longe melior est intensissimo alterius

virtutis: verbi gratia, desiderio ieiunandi: hic ergo gratiam augeat, augebit etiam Caritatis opus, etiam si non adeo intensum.

Quando

præmium

operum red-

datur.

Cant. 1.

simile.

30. Quare eodem ipso momento, quo quædam bene egerit, infunditur à Deo præmium

ille gratiæ liquor. *Oleum effusum nomen tuum, ut sponda.* Sicut enim dum in torculari oliuæ premuntur, perpetuo oleum defluit, vel guttatim

vel vbertim, prout prælum contorfetis, & abundantantes oliuas subieceris: sic & ex operum nostrorum prælo seu contentione, si copiose,

adenter, si continenter materiam suppeditemus, vberiores atque auctiores riuuli gratiæ defluent. Torcular vero istud Christus calcet ac premit, quia & oleum hoc ex eius meritis elicatur: ideoque dicit, *Torcular calcaui solus*. Nec requiritur inter meritum & præmium aliqua tē-
Isaia. 62.
 poris successio: imo sufficit ordo causalitatis, eloquuntur Scholastici, vt natura meritum prius sit quam præmium, sicut effectum causa præcedit. Aliud vero est, vbi cum merito non potest existere præmium: quod videre est in gloria, ac opere meritorio. Ex fide enim procedit meritum: gloria vero fidem excludit. O pretiosa atque excellens destillatio, vbi ex operum nostrorum diffusionē tam nobilis liquor emanat in vasa pretiosa animarum nostrarum, quæ talem thesaurum excipiunt, quo Dei amicitia ac coniugium acquiritur, acquiritur & ius hereditatis æternæ, atque in altera vita cum lumine gloriæ, cui ex æquo commensuratur, appenditur in statera! Hæc de gratiæ augmento sed quid de virtutum seu habituum supernaturalium accessione?

31. Augentur enim & virtutes: nec minus liberalis Dominus est in additione nouorū graduum ad habitus supernaturales, quam ad gratiæ augendam copiam. Omni namque opere quo vitam æternam meremur, quo gratiam extendimus, crescit & virtus illa cuius opus perficitur. Exercitio fidei augetur fides, crescit spes sperando, crescit patientia tolerando. Sicut enim ex antlia, quoties brachium vibras elicis aquam;

Virtutum habitus augeri virtutum. simile.

aquam; & quo frequentius, eo copiosior exilit
atque educitur: sic ex singulis actibus virtus i-
psa novis aquis scaturit, fitque fons ipse auctior
ac abundantior. qua de re ne dubitare liceat, Co-
cilium Tridentinum statuit iustificatos per ob-
servationem mandatorum Dei de virtute
virtutem. Non vult autem nos novam virtutem
acquirere, quia per iustificationem omnes in-
funduntur; sed easdem augeri, nunc unam, nunc
alteram, pro singulorum operum merito & exi-
gentia: eo enim opus tendere videtur ut virtu-
tem suam augeat: nec vllum esse posse videtur
præmiū operi accommodatius, quam eiusdem
virtutis incrementum.

Sess. 6 c. 10.

*Crescit ha-
bitus Cari-
tatis om-
nium vir-
tutum ope-
ribus, non
autem cete-
rarum ha-
bitus virtu-
tum aliter
quam actu
proprio.*

32. Augetur ergo virtutum operibus & gra-
tia, & habitus virtutum infusus. Sed quid? num
alicuius virtutis actu sola illa virtus, an vero
mul & Caritatis habitus cum eodem etiam fine
Caritatis actu augebitur? De aliis quidem virtu-
tibus non videtur rationi consonum; ut, velle
gratia, opere humilitatis crescat sobrietas, et
fortitudo: quia inter opus illud, taleque augmen-
tum, nulla apparet proportio; cum præsertim
neque ex natura sua, neque operantis intentio-
ne, eo referatur. Sed longe alia ratio est Carita-
tis. Caritas & gratia si idem non sint, tamen ali-
quod modum affinia sunt: nec vnum potest ab altero
separari. Accedit, æquum esse ut tantum possi-
mus diligere, quantum & ipsi à Deo diligimur:
at mensura Dilectionis Dei est gratia, quæ in
animæ residet essentia: tanta ergo debet esse Ca-
ritas, quanta gratia: & si hæc crescat, debet & Ca-
ritas

ritas augeri. Augetur autē gratia singulis virtu-
rum actibus, iisdem ergo pari passu crescet &
Caritatis habitus. Si enim in humanis quæuis,
officia, quæ placent amico, dilectionem augeāt
(amicitiam; quid ni pariter in Dei amicitia, qui
hominibus benignior est, & liberalior? Deniq;
Caritas generalis virtus est, ad cuius honestatē
omnia virtutum officia referuntur, par est igitur
ut ipsa per singula augeatur.

Addam & illud, ad illustrandam Dei beni-
gnitatem, nosque ad virtutum exercitium exci-
tandos: quod, etsi singulæ virtutes aliarum acti-
bus non crescant, in cælo tamen futurum ut om-
nes virtutes æqualiter se habeant, & in eo

*In cælo om-
nes virtu-
tes æquales
erunt habi-
turi Carita-
tis.*

gradu sint, quo Caritas ipsa fuerit constituta. In
statu namque gloriæ æquum est ut summa inue-
niatur proportio inter gratiam & gloriam om-
nesque virtutes, ad hoc ut omnes animi motus
inter se commensurati censeantur. Amoris ma-
gnitudini, parique tenore voluntas in omnia
sua feratur obiecta: nihil denique illic demis-
sum, nihil redundans, nihil inæquale sit, quem-
admodum & loci dignitas & beatorum condi-
tio omnino desiderare videtur. Hoc, inquam,
loci dignitas requirit, etiamsi id viatores non-
dum suo merito obtineant. Sed quid mirum?
meremur hic corporis gloriam, quam tamen in
hoc sæculo non adipiscimur: quia anima glorio-
sa postulat, ut gloriæ suæ corporis splendor simi-
lique condicio gloriosa respondeat: & status
quoque ille requirit ut virtutes æquales sint, e-
tiamsi in via aliæ alias excefferint: Deus enim
super

super meritum nos compensat: longeque plura illic percipiemus, quam vel cogitatione consequi valeamus. Quare si quis viator sese in Caritatis operibus plurimum exercuerit, in abstinentia vero admodum parum; abstinentie habitus hic exilis, est Caritatis maximus atque intensissimus: at in cœlo vterque æqualis erit, ut animi motuum consentiens proportio confiet. Quod si quis intenderit hic habitum abstinentie, remissius Caritatem exercuerit; abstinentie habitus non erit in cœlo intensior: quia omni opere virtutis infusæ crescit Caritas, quæ velut cisterna ceterorum fontium aquas recipit & conseruat, & velut variorum fluminum confluxu intumescit, & quasi ingens pelagus exundans, singulis riuulis sese reddens ac insinuans.

Simile.

C A P. XXXVII.

Proponuntur industria octo, quibus gratia virtutes, ipsaque PERFECTIO egregie augeantur.

34. **H**Æc incredibiliter mouere atque accendere deberent PERFECTI-
NIS studiosos ad virtutum exercitium: quandoquidem singulis actibus gratia in animum influat, virtutes augeantur, nosque facilitate ad bene agendum acquiramus: Deus etiam ipse eo munificentior in auxilio præstando futurus sit, quo ei gratiores & amiciores futuri sumus.